



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 101. Archidux cum conjuge sua in Hispania.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Sæcul. XVI. A.C. 1506. Regi Catholico futuri hæredis felicitatem pollicebatur; nihilominus improlis decēsit, unde liberi, quos ex primis Isabelæ nuptiis susceperat, Neapolis Regno successerant, insuper Castellæ atque Aragoniæ coronis aucti, quæ demum regna unacum S. R. Imperii diademate Carolo Lucemburgico obtigerant.

§. CI.

Archidux cum Conjuge sua in Hispania.

Marian. lib. 28. n. 86. Peractis connubii solemnibus paulopost Archidux, ejusque conjux in Hispaniam venerant, ac die vigesima octava Aprilis in portu Caronii appulsi, in terram exscenderunt. Ferdinandus viam, quam teuebant, rationem edoctus, Molinam usque, quæ urbs est unius diei itinere Compostella distans, eis obviam processit, spe fretus, illos quoque saltem uno pariter die adventum maturaturos, ut Regem exciperent. Jamjam præcesserant Regni Proceres, novum Regem suum salutaturi; hos haud segnus, moxque sequebantur ceteri aliquamdiu apud Ferdinandum commorati, unde Rex in unius die spatio passim ab omnibus derelinquebatur, adeo, ut in comitatu suo nonnisi Toletanum Archiepiscopum, Albæ Ducem, Connestabilem, ac Castel-

Castellæ Admiralem, necnon Deniæ Secul. XVI.
A.C. 1506.
Marchionem recenseret, ac ne quid do-
loris cumulo deesset, Archidux nequa-
quam Molinam petebat, Socerum suum
visurus, sed devio itinere cum omnibus
Aulicis suis Burgos contendit, non sine
summa Ferdinandi indignatione, qui in
querelas contra novum Regem effusus,
atque in Manuelem impotenter excan-
descens, se in utrumque gravis vindictæ
iram exoneraturum, comminabatur. To-
letanus Archiepiscopus, ut Philippum
metu liberaret, Auriæ illum convenit,
ab eoque perbenigne exceptus, secreti
alloquii copiam efflagitavit, idque viri
precibus datum. Verum Archidux ju-
rium suorum tenacissimus perstitit, cum-
que paucis post diebus ille, ejusque
Conjux Castellæ Reges proclamati coro-
narentur, Ferdinandus Rex Catholicus
de componenda utrinque controversia
agere cæperat, cum Genero suo conse-
rendi libertatem exposcens.

§. CII.

*Consultatio utriusque Regis Ferdi-
nandi & Philippi.*

Tota ferme artificiorum fabrica exhau- Marian. lib.
28. uum. 91.
& 95.
riebatur, ut colloquium inter utrum-
que Regem præpediretur, prævaluit ta-
men Flandrorum sententia, qui mutuæ
con-